

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Müller Johannes Hick

## **De Cive, Discursum politicum**

Rostochii: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730152332>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1653  
Heinrich Müller  
Johann Kilkic




2

DEI T. O. MAXUMI  
AUSPICIO  
DE  
**C I V E ,**  
Discursum politicum  
Consensu Amplissimi Philosopho-  
rum Ordinis in illustri Rostochiensium  
Academia  
**P RÆ S I D E**  
**M. HENRICO MÜLLERO,**  
ROSTOCHIENSE,  
publicè tuebitur  
**R E S P O N D E N S**  
**JOHANNES HIKKIE,**  
Thoruniensis Prussus,  
*In Auditorio Majori die 20. Augusti*  
*boris matutinis.*



ROSTOCHII  
Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.  
Anno 1754.



QVOD DEUS BENE VORTAT!

**H**AU fruſtrā Aristoteles l. i. Nicom. c. 7. hominem dicit eſſe φύσις τηλίκον, & l. i. Pol. c. 2. ipsam civitatem à na-  
ra eſſe afferit. Natura enim hominibus ὅμινη quādam, ſi  
impulſum & appetitum inidit civilem, quo inclinant & feruntur ad  
vitam symbioticam, ſi communem vitā conſuetudinem, cum exiā vi-  
tam ſocialem non poſſe obtinēri autē quēcā illius boni, qvod ſummum  
voſani. Sufficiens n. bonum eſſe dicimus, inquit Arist. l. c.  
Nicom. non qvod ipſi ſoli vitam ſolitariam agenti, ſed qvod  
& parentibus, & liberis, & conjugi, & (univerſim loqē-  
do,) amicis ac civibus ſatis eſt. Quid multis? Summum Bo-  
num Politicum non niſi in vita Politica obtinēri poſſe, ſatis patet ei,  
qui in virtutum exercitio ejus eſſentiam confiſtere non neſcit. Qvod a-  
erit virtutum exercitium in eremo? ubi deficit, modō objecū, circā  
quod; modō medium, per quod; modō finis, proprieſ quēm Virtus ſeſe  
exceſſat. Natura ergo hominem, qvō felicitatis Politice capax red-  
datur, ad vitam Politicam velui manuducit; Hinc primo hominem  
inclinat ad inēundam ſocietatem conjugalem, aeternitatis amans, ad cu-  
jus circulum continuā generis propagazione qvafī devolviuntur: Unde opī-  
mē Plato in convivio: ή θυητή φύσις ζητεῖ νατή τὸ δυνατὸν αἴτη  
ἔναι τὴν αἴτιαν. δύναται δὲ τάυτη μόνον γνέσει διὰ τῆς συγγενῆς  
φύλων τὰς διαδοχὰς ἐις αἰδιὸν ἀγροτον διεμονῆς κύκλον. Eadem  
ipſa natura, quando obtinet ſocietatis conjugalis finem, qui eſſe pro-  
creatio ſobolis, mox novam inducet εὐμετώπου & ſocietatem, nim. in-  
ter Patrem & liberos: quae, quia abſq; ſervorum ſubſidio vix ſe tueri  
poſteſt, novam iterum ex ſe progenerat, eam nempe, quae eſſe inter Do-  
minum & ſervum, ſocietatem: Quae conſociationes hominum domeſti-  
corum colleclae pariunt familiam. Naturalis poſteā indigentia earum

rerum, quibus carere vel planè non, vel è grè possumus. v. g. viclus, hospitiorum, vestitus, &c. consociavit homines, ut operas conjungendo suas ea facilius pararent, quorum vita mortalís indiget, cùm Deus uni homini omnia minimè dederit l. 3. Pol. c. 4. Hinc societatem civilem colere incepérunt, non tamen solitariè ad sublevandam necessitatem naturalem, sed potissimum ad benè beatè vivendum. Nam propter etiam tanta civium, qui ante à πολιτείᾳ vivebant, multitudo in unum locum confluxit, ut, cùm unus non posset sibi comparare ea, quæ sunt sufficientia ad benè beatè vivendum, communī studio id fieret. Hæc est origo civitatis, quæ ordinatâ civium multitudine finitur: De CIVIBUS a. hæc vice nobis sermo erit.

### Thesis I.



E Originatione vocis Civis ( quam Calépinus in Lexic. & Althusius l. i. Pol. c. 5. n. 10. à coeundo dictam volunt, idèò, quod cives ex privata symbiotica transeuntes in unum corpus universitatis coéant, ) non multum solliciti, essentiam & naturam ipsam indagabimus. Cum autem vox Civis sit inter ea, quæ multis modis dicuntur, hæc verò, quatenus talia, accuratè definiri nequeant, antè omnia, quot modis aliquis dicatur civis, videntur erit.

II. Civis consideratur vel in genere, vel in specie. Generalis consideratio civium est, quando cives abstractè spectantur, præciso omni respectu ad πολίτην μα, cui subsunt: Specialis est, quando cives considero, prout determinato politevmati s. Reipubl. subjacent. Unde patet, frustra esse eos, qui civem definiunt, hominem Politicum, alterius potestati subjectum. Confundunt enim Remp. cum civitates civem cum subdito. Nam potestas est ipsum politevma, cuius objectum non est civis ut civis, quippe, quem citrā illam actualem subjectionem juxta solam τομήσιων Politicam concipere possum; sed civis,

civis, ut subditus. Jam autem reperire licet subditos, qui non sint  
cives, quales sunt incolæ, qui tamen juxta hanc definitionem verè &  
proprie essent ciues, adeòq; essent cives, & non essent cives, quod  
absurdum.

III. Civis vel est absolute, vel cum addito talis.

IV. Civem absolute dictum sic describit Aristoteles *l.3. Pol. c. 1.* quod sit socius multitudinis, qui imperij particeps est & suffragiorum. Quæ descriptio, si cum Aristotele & rei veritate congruere debet, statuendum est (1) Philosophum alibi *l.4. Pol. c. 4.* ubi agricolas, opifices, mercenarios &c. inter cives refert, non æq; omnes absolute dictos cives determinare; Haut enim patitur data descriptio civis opifices, mercenarios & id genus reliquos esse cives absolute dictos, unde eos alibi ex civium numero eximit *l.7. Pol. c. 9.* (2) Si participatio imperii intelligitur actualis, Philosophum loqui vel de cive, prout is nondum certæ Reipub. speciei est addicetus; vel de cive in politia laudabili, maximè democratico: In omnibus enim Rerum pp. formis, præsertim in Aristocratiâ ius suffragiorum nequaquam omnibus competit, quippe, quod in Ephorum s. optimatum deponitur humeros. Sic apud Romanos depositum erat in certas personas, quæ omnem potestatem in Decem Viros conferebant. *Livius l.3.* Pomponius *l.2. de orig. juris* Apud Judeos LXX. Seniores hoc jure fuerunt instructi *Num. XI, 16.* Apud Venetos residet penes Concilium Magnum, quod ex nobilitate colligebatur. Arniseus *l.2. Relect. Pol. de Rep. c. 4. scit. 2.* Machiavellus *l.1. disc. c. 50.* Actualis ergo æqualitas civium in suffragiis ferendis penes solum democraticum statum remanet: Sic apud Athenienses toties æqualiter civibus parebat aditus ad generalia comitia, quoties erat democratis, Xenophon *de Rep. Athen.* Unde Theseus coæctis in urbem singulis curiis populo in foro consultandi licentiam dedit. Plutarchus *in Theseo.* Et Solon à concionibus ac judiciis plebem nunquam repulit. Idem *in Solone.* Sic populus Romanus, Romulo mortuo, Senatui quidem auctoritatem concessit, eamq; tantam, ut Senatus non solum res ad comitia produceret, inq; curia prius deliberaret, sed etiam decerneret, sic, ut nihil jubere populus posset, cuius Patres non fuissent authores: sibi tamen ius suffragiorum quo ad tria summa Majestatis jura, magistris

stratum sc. creationem, legum lationem, & belli inferendi depo-  
nendi; arbitrium, reservavit. Dion. Halicarnassaeus l. 6. Ant.  
*Rom.* c. 58.

V. Apud Achenenses civis absolutè dictus is erat, qui publi-  
corum judiciorum, consiliorum, & magistratum in civitate geren-  
dorum cum reliquis potestate parem & æqualem habebat. Apud  
Romanos civis absolutè dictus erat homo liber, qui in civitate Ro-  
mana domicilium, censum, tribum, atque publicorum honorum adi-  
piscendorum & gerendorum potestatem habebat: ideoque tria facie-  
bant civem Romanum, domicilii largitio, in tribum descriptio, &  
honorum petitio. Bodinus *l. 1. de Rep. c. 6.* Meo judicio, hodie ex ar-  
bitrio, more, lege, vel consuetudine cuiusque civitatis civis absolute  
dictus vel non absolutè dictus definiendus & determinandus est.

VI. Absolutè dictus civis est talis vel nativitate, vel receptio-  
ne s. adscriptione. Ille vocatur alias originarius, necessarius, &  
naturalis; hic assumptus vel receptus.

VII. Civem nativitate vocamus illum, non, qui in civitate  
nascitur, ( si enim locus, in quo aliquis natus est, facheret civem, mer-  
ecatorum, militum, mendicorum, & reliquorum peregrinantium  
liberi, quibus forte fortuna in aliqua urbe nasci contingit, etiam po-  
terunt cives ejus urbis nominari, quod absurdum!) sed, qui vel utroque parente, vel patre sicut aut avo civi natus, postea in album  
civium referratur, & civilia munia praestat. Unde apparet, reipsa nemine  
nasci civem, nec nativitatem solam facere civem, sed opus esse ut ac-  
cedat immatriculatio s. rescriptio in album civium, & quæ hanc inse-  
qvitur, praxis civica. Potestem n. habet liber homo, et si utroque pa-  
rente civi nascitur, aliis vitæ generi sese addicere & in dominium  
alterius transscribere, cum alioquin tolleretur facultatis moralis  
exercitium, quod libero homini non potest non competere: Sic po-  
test filius civis alterius civitatis donationem expertere abjurata eam in  
qua natus est; potest item aliud vitæ genus exercere quam civicum,  
quod fieri non posset, si, protenus ac in lucem editur, civis nascere-  
tur. Accedit cultissimarum Gentium consuetudo: Atheniensium  
civium filii ætatis anno 20. in numerum civium scriberantur. Pollux  
*lib. 8.* Apud Romanos civium filii in tabulas referabantur, cum pri-  
mum

num togam virilem sumfissent, qvod siebat aetatis anno 17. Piccartus  
in lib. 3. Pol. Arist. c. 1. Qvamvis a. de jure civili jus originariæ civi-  
tatis qvoad munera & honores nemo abjurare queat l. 4. C. de mun.  
hodie tamen id de consuetudine generali secus est. Gaius l. 2. obs. 30.  
n. 7. Qvæ consuetudo, qvia rationabilis est, & summi magistratus  
non contradicentis patientia fulcitur, vim habet abrogandi legem.  
Conzen l. 5. Pol. q. 19. Ungepaup exere. Just. 2. q. 8.

VIII. Qvod de originariis civibus diximus, non saltē ad  
legitimos, verum etiam ad spurios sese extendit, nisi illi in fōribus  
& vitiis parentum turpiter permanerint. Qvæ n. temeritas est,  
eum, qvem propria virtus decorat, parentum opprobriis dedecorare? qvæ amentia, calamitatem matris in damnum imputare ei, qvi  
in utero est? Qvin, pœna proportionaliter sequitur noxam s. cul-  
pam, nec constringit nisi suos auctores l. 26. ff. de pæn. Jam v. culpa  
non estejus, qvi nascitur vel ex adulterio, vel ex concubina, sed ejus  
qvi generat. Text. J. C. c. nasci distinct. 56.

IX. Ceterū, circa originarios cives id observandum est,  
ut, qvo stemma eorum est honoratus, nisi à majorum virtute & par-  
ta gloria neqviter desciscant, eo qvoq; majoribus gaudenteprivile-  
giis. Sic olim apud Romanos plebis conditio longe humilior habe-  
batur, qvā Patriorum, ceu innuit Martialis l. 5. Epigr. 16. in  
Gelliam:

Dum Proavos, Atavosq; refers, & nomina magna;

Dum Tibi noster eqves fōrida conditio est:

Dum te posse negas, nisi lato, Gellia, clavo

Nubere; nupsisti, Gellia, cistifero.

Expressius hoc discriminē patriorum & plēbis Romanæ Livius  
nobis proponit lib. 4. dum ait, legem expressè fuisse sanctam, ne  
patrii matrimonia cum plebeis inirent, qvia hinc sangvis patrum  
contaminaretur, & iura gentium confunderentur, nec se quisquam,  
nec suos nosset. Hujus discriminis vestigium qvoddam in civitatibus  
Imperialibus, præsertim Norinbergæ, repertire licet, ubi Patri-  
orum aliquot videntur genera, qvorum alii, qvi ad Torneamenta  
nunquam sunt admissi, die Cerbaare; alii, qvi à summo Principe no-  
bilitatis insignia tenuerunt, & semper admissi sunt, die Adeliche Ge-  
schlechter dici consueverunt. Linnaeus l. 6. Jur. Pub. c. 5.

X. Qvoad

X. Qvoad receptos cives ; Romani olim servos, qvos manumittebant, adsumebant in numerum civium. Hinc Plinius l. 7. Epist. 32. inquit : Qvod verò scribis , oblatâ occasione proconsulis plurimos manumissos , unicè letor. Cupio n. patriam nostram omnibus quidem rebus augeri, maximè tamen civium numero ; id n. oppidis firmissimum ornamentum. Unde manumissio nihil aliud est, qvam libertatio à potestate Domini. Qyamdiu n. qvis in servitute est, tamdiu manui, hoc est, potestati subjectus est. Erata mos in manumissione, ut Dominus caput aut aliud membrum servi tenens, diceret, HUNC HOMINEM LIBERUM ESSE VOLO, & mittebat eum è manu. Cæterùm, tres manumittendi modi solennes maxime erant apud Romanos , vindicta , census & Testamentum, qvos Cicero in Topicis conjungit, inqviens ; Si neg<sub>3</sub> censu, neg<sub>3</sub> vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber. VINDICTA liberabuntur, qvi apud Prætorem aut alium magistratum liberabantur virgà s. festucā impositā in caput servi. Hinc Plinius l. 7. Epist. 16. Specro, inquit, immò confido, facile me impetraturum, ut ex itinere defleat ad te ( Calestrius Tyro Proconsul, qvippe apud quem nonnisi extrā urbem manumittere poterant. Paulus Jct. l. 17. ff. de manum. vindicta.) Si voles VINDICTA liben:re, qvos proximè inter amicos manumisisti. Et Persius Satyr. 5.

Vindicta postquam meus à prætore recessi,  
Cur mihi non liceat, jussit qvodcunq; voluntas?

Meus i.e. liber : nam servus non suus, sed Domini est §. 1. Inst. de his qvisi. Hinc illa ipsa virga s. festuca VINDICTA appellata est ex eo, qvod servi per eam libertati vindicarentur, qvod innuit vetus Scholastes ad l. c. Persii, *Vindicta*, inquit, *virga* est, qvā manumittendi à prætore in capite pulsantur : ideo dicta, qvod eum vindicat libertati. Plutarchus de fera Numinis vindicta κάρφος λεπτὸν appellat. Ρωμαῖοι δὲ ἐν της ἐλευθερίας αὐτοῖς λεπτὸν ἐπιβάλλονται σώμασι. Romani, qvos liberos emittunt, eorum corpori imponunt tenuem festucam. Originem hujus manumissionis ponit Livius dec. 1. lib. 2. his verbis : Ille primum dicitur vindicta liberatus. Quidam vindicta qvog; nomen tractum ab illo putant : Vindicio ipsi nomen fuisse post illum observatum, ut, qvi ita liberati essent, in civitatem

etem accepti viderentur. Qvamvis verosimilior sit originatio illa, qvà Grammatici hanc vocem à vindicando derivant. Eum enim vindicem vocant, qvi servum manumittit, propterea, qvod servum libertati vindicat. CENSU liberabantur, qvi consentiente vel jubente Domino nomen deferebant in censem. Hinc Ulpianus: *Censit manumittebantur servi, qvi lustrati censu Romæ jussu Dominorum inter cives Romanos censem profitebantur.* Cogebantur n. cives Romanici censem edere, h. e. modum facultatum, s. quantum haberent in bonis, significare. Nam pro illorum ratione distinguebantur ci-  
-ties distributi in ordines certos ac classes, ex institutione laudabili Servii Tullii qvi primus ordinavit censem, Livius lib. 1. Dion. Halicarnassœus lib. 4. Cæterum, cum agebatur census, nomen, genus, annos, facultates qvisq; civium jurato edebat, s. profitebatur, pœ-  
-nâ afficiendus, si se fefelleret. Ratio erat, ut sic constaret, non tan-  
-tum de civium numero; sed qvanta etiam manus pro modo mili-  
-taris ætatis apta bello esset: tum, quantum qvisque in sumtus bel-  
-lorum, gerendæq; publicæ rei contribuere posset. Nemini autem nisi civi Romano hunc censem significare licebat. Unde Plinius  
eum Harpocrati Medico à Trajano Imp. civitatem Romanam impe-  
-trârat, dicit, se annos ejus & censem edidisse lib. 10. Ep. 22. de quo  
censu civium Romanorum eruditè plura congesit Siganus *de jure*  
*civ. L. 1. c. 14.* TESTAMENTO deniq; liberabantur, qvi supremâ vo-  
-luntate in testamenti serie à Dominis liberi scribebantur. Qvæ o-  
-mnia latius deducunt Jcti *de manumiss.* Id verò porrò notamus, ma-  
-numissos Romanenses infimum civium gradum, interq; ingenuos &  
servos medium constituisse, nec in suffragiis plurimùm potuisse,  
nisi qvod vi & fraude reliquo populo calculos præripuerint, ut me-  
-minit Livius lib. 9. Hodie hic modus cum servitute antiqua ab usu  
recessit.

XI. Hodie receptione civis est, qvi alibi natus consensu ma-  
-istratus juriū civitatis particeps sit, præstito prius fidelitatis & ob-  
-sequii juramento.

XII. Circà receptionem civium cautè observabit magistra-  
-eus, ne qvemvis in numerum civium adsciscat: Sicut enim ex quo-  
-vis ligno non potest fieri Mercurii statua; ita nec qvivis homo vir-

tutibus boni civis exercendis aptus est atque accommodus. Antiquitus  
quidem, cum nondum justus esset civium numerus, inter cives re-  
ferebantur spuri quaque, ex servis nati, vel altero parente civi, pe-  
regrini, sed aucto civium numero, ordine hi ipsi rursus expunge-  
bantur. Sic Clysthenes, cum exhaustam civibus urbem Athenien-  
sium vidisset, multos servos, inquilinos, & peregrinos, contramo-  
rem Atheniensium, qui invitissimi civitatem donabant, in civium  
numerum cooptavit, omniq; jure honestavit. Pausanias in Atticis  
Herodotus l. 5. Plutarchus in Pericle de quibus servis, si queratur, an  
jure cives fuerint, annon? pro affirmativa concludimus. Si enim  
Julius Caesar, qui nullo legitimo, vel successionis, vel electionis titu-  
lo, sed tanquam violentus invasor Imperii Romanum occupavit, juste  
tamen dicitur imperasse, eò quod ex potestate sibi deinde, licet in-  
juste, concessâ imperavit; item, si meretrix, quae nullo jure se ini-  
tiò prostituit, postquam tamen se prostituit & meretrix facta est, ju-  
ste petit mercedem, propterea quod statui meretricio convenien-  
ter facit. l. 4. ff. de condit. ob turpis. cur non servus, licet injuste fa-  
ctus civis, postquam tamen civis est, justus civis foret? Aeqvitas n.  
in paribus causis paria jura desiderat, & casus, in quibus rationis idé-  
titas militat, jure non censentur esse diversi. Interim magistratus,  
ut delectum civium habeat, svaldemus, ne urbs repleatur hominibus  
improbis, inutilibus & ad praestanda civilia munera inidoneis.

XIII. In primis autem circa hanc materiam querunt Politici,  
*An peregrini in numerum civium sint adoptandi?* Non desunt, qui  
peregrinis plenarium ius civitatis certa ratione denegant. Schönbor-  
nerus l. 3. Pol. c. 35. Tholosanus l. 4. de Rep. c. 4. n. 17. Keckermannus  
l. 1. Syft. Pol. c. 24. König p. 1. Theat. Pol. c. 1. n. 198. Wendelinus l. 2.  
Pol. c. 17. Alii illimitate concedere videntur. Bodinus l. 1. de Rep. c. 6.  
Casus l. 5. Sphær. civ. c. 3. Patritius l. 3. de Rep. tit. 2. Machiavellus  
l. 1. de Rep. c. 26. Pro utraq; parte, non desunt, quae militent, argu-  
menta. Pro negante quidem, quod in contrarium nitit soleant di-  
versarum nationum mores, unde ampla emergit seditionum mate-  
ria. Nihil enim svaldus homini, quam ab alio dissentire: in quibus  
dissensionibus & animorum alienationibus originarii cives ab obre-  
ptitiis peregrinis sapientur & expelluntur. Exempla huic  
rei

rei adfert Aristoteles *l. 5. Pol. c. 3.* Troezeniis cohabitarunt Achivi  
in civitate Sybari, qui numero & virtute superiores facti exegere  
tandem Sybari Trezenios, illi ad Thurios progressi eosdem suis sedi-  
bus removere conati sunt, sed, quia Thuriis inferiores erant, ab iis-  
deat exacti sunt. Diodor. Siculus *lib. 12.* Idem accidit Byantiis,  
Anthissaeis, Zancleis, Apollonianithis. Recentiora exempla legi  
poslunt apud Arnisaeum *l. 2. c. 3.* Et, quid mirum, dissentire inter se  
diversae nationis homines? cum telsis sit Aristoteles, etiam unius  
nationis civium diversa esse studia, quando urbs, quam inhabitant,  
vel flumine aliquo dividitur, vel ex parte montosa est, ex parte pla-  
na. *Quemadmodum*, inquit l.c. quando acies ducitur, & agmen pro-  
cedit, cum venitur ad parvam aliquam fossulam, aut ad rivum, statim  
ordo distractatur & vitiatur: sic propter tantillam loci diversitatem discor-  
dant inter se homines. Monstrat id exemplis Clazomenarum, Colo-  
phonis & Athenarum. Clazomenas, urbem Joniae celebrem, mo-  
ribus laborasse scribit perpetuis, parte una, quam Chytreum appel-  
labant, cum altera parte, quae parva erat insula, ponte Chytro com-  
missa. Colophon & Notium urbs una flumine solum Haleso inter-  
labente divisa, tamen, propter hoc unicum fluminis divortium, ma-  
ximis laboravit dissidiis. Athenis inter eos, qui Pyraeum incole-  
bant, i.e. maritimos & nauticos homines, & inter eos, qui Astu, i.e.  
nobiles, perpetuae erant rixae. Quid testatur Plutarchus *in Solone*  
Athenis triplicem fuisse dissimilitudinem ingeniorum pro triplici  
loci ratione, Montanos fuisse democraticos: qui in plano, Oligar-  
chicos: mari adcolas, fere medios. Et quis nescit, Romae perpe-  
tuos fuisse motus inter Trans- & Cis-Tiberanos? Nonne Parisis  
Seqvanæ, Basileæ Rheni, Brunswigæ Occari divortium, animorum  
quoque facit divortium? Hinc facile appetet, quantum sit  
metuendum dissidium inter diversae nationis homines, quod dis-  
sidium fax & tuba esse poterit motuum ac turbarum civilium. Ac-  
cedit, quod perigrini, praeterquam quod indigenis invisi ac suspecti  
sunt, fidem videantur mercedi magis expositam habere, quam ii,  
qui spes suas omnes intrâ terminos Reip. claudunt, qui in sinu pa-  
tria educati, fidei tesseraam à parentibus majoribusq; acceperunt, &  
in cives affectu una olim cum lacte atq; idiomate materno haustum

adhuc alunt. Peregrini autem qvia non hauserunt spiritum in ea civitate aut Rep. cui agglomerantur, neq; igniculos illis natura indidit, qvibus ad amandam Rempb. inflammentur, qvos eadem natura in patriam alit, verum tacite cogitant illud Comici: mihi neq; seritur hic, neq; meritur, me sublato ignescat sane Respb. & celum terræ misceatur. Deniq; accedit, qvod florentissimæ olim gentes peregrinos in civium consortium vel planè non, vel ægrè adsumserint. Spartani nunquam peregrinos receperunt. Xenophon de Repb. Spart. Athenienses ad civitatem peregrino communicandam 600. civium vota requisiverunt. Demosthenes cont. Eubulid. Contrà pro affirmante sententia militat, qvod inhumanum sit, usu urbis prohibere peregrinos, ut loquitur Cicero l. 3. off. Etiam, qvi adoptantur, filii sunt: cur ergò cives non fierent, qvos alibi nasci sors voluit? Commodè hoc transferri potest Socratis dictum, qvi optimum frumentum non semper esse dixit, qvod in charissimo pulcerrimoq; agro nascitur, sed qvod commodissime nutrit: optimus ergò civis erit, qvi vivit optimè, & qvi se vivendo civem facit. Accedit, qvod primum & maximum rerum Romanarum incrementum fuerit, qvod Reges ab inicio qvosvis exteros suscepunt, illisq; ulla sine natalium aut conditionis discriminè jura civitatis communicarunt. Tholosanus l.c. c. 4. n. 19. Alia exempla congettis Libenthal exerc. Pol. 5. qv. 3. qvi videri potest. Meo ergò iudicio, exteri omnino & possunt, & debent recipi in civitatem, non tamen indifferenter omnes, sed, habito delectu, ii, qvi sunt bonæ nationis, ac Reip. prodesse possunt. Ubi tamen observabit magistratus, 1. ut peregrinos fidelitatis juramentum deponere cogat, (ne injurati qvidvis tentent,) & imperium, qvod constitutum est, subire, &, qvæ alia ad vitandas seditiones sunt necessaria 2. ut qvovis modo illis occasionem nova moliendi, aut præsentem Reip. statum turbandi præcidat. 3. ut caveat, ne eos absq; gravi causa incolis præferat, & in partem sollicitudinis summæ advocet, tūm, qvia statum Reip. non exactè neverunt: tūm, qvia fides eorum non est satis cognita, adeoq; ad minimum præsumitur esse venalis: tūm, qvod, si exteri præferantur indigenis, exinde nova discordia civilis orietur, sūm & indigenæ ægrè ferant, se exteris postputari, & exteri hāc

præ-

latione tumefacti facile praesentem Reip. statum ferre graventur,  
ac parere nesciant. Qvod tamen eousq; non est extendendum, ac  
si peregrini indiscriminatim sint arcendi à rebus majoribus. Sic n.  
eo qvod se contemni sentiant, facile hostilia moliri & Remp. turbare  
possunt: sed id agendum, tūm, ut pauci evehantur, ne numerum  
indigenarum vel exæqvient, vel exsuperent; tūm, ut non nisi ii eve-  
hantur, qvorum fides & probitas jam antè in minoribus satis explo-  
rata est.

XIV. Civem cooptatum alii distingvunt in plenum, & non-  
plenum, s. semiplenum. Illum vocant, qvi jus & privilegium ci-  
vitatis plenum obtinet: *bunc*, qvi jus civitatis non ex toto, sed ex  
parte tantum obtinet. Verūm, cùm civis semiplenus, qvod ipsa  
vox monstrat, non sit simpliciter, & perfectus, sed saltē secun-  
dum quid & imperfectus civis, dicimus, hanc divisionem esse adul-  
terinam, & potius esse distinctionem vocabuli æqvivoci in sua æqui-  
vocata, qvām divisionem generis in species. Nos alio modo pro-  
gredimur, sic

XV. Cum addito civis, est talis vel cum addito analogiæ, s.  
qvoad nudum nomen: vel eum addito imperfectionis, s. qvoad  
particularia civitatis jura.

XVI. Analogicè, impropriè, & nominetenus dictum ci-  
vem dispescimus in honorarium & hospitale.

XVII. Civis honorarius est, cui honoris ergò jus civitatis  
saltē tribuitur, sic ut propterea, nec ulli imperio, nec ullis mune-  
ribus civilibus necessariò teneatur. Ita Alexandro M. Corinthii;  
Genti Pelopidarum, rex Persarum; Evagoræ Cypri, Dionysio Si-  
ciliæ, Antigono ac Demetrio Asia regibus, Athenienses; hodiè Re-  
gi Gallia Helvetii & Veneti jus civitatis suæ dederunt. Tales cives  
honorarios in hodierno Imp. Romano dari censem nonnulli, nem-  
pè eos, qvi qvoad necessariam onerum contributionem & omnimo-  
dam subjectionem à corpore Imperii sunt avulsi, Imperii tamen ma-  
jestate non spretâ. Qvibus accensentur à nonnullis Helvetii, qvos  
olim armis virisq; mox nominis memoriam claros fuisse, author est  
Tacitus *l.17. Annal.* postea v. à Julio Cæsare Imperio sunt subiecti Cæ-  
sar *l.1. de bell. Gall.* tandem crudeli præfectorum insolentia pressi, iis

expulsis, ad libertatem provocarunt. Cromerus l. 12. de Orig. & reb. gest. Polon. Münsterus in Cosmograph. l. 5. de Germ. c. 55. interim tamen Imperii Romani majestatem sic reverentur, ut ab Imp. Ferdinandis libertatis acceptæ beneficium sibi confirmari poposcerint, si fides adhibenda est Bodino l. 1. de Rep. c. 9. Qvod tamen non arguit aliquam superioritatis recognitionem, ut nonnulli arbitrantur. Nam qui Majestatem Imperii comiter observant, non statim id faciunt in signum subjectionis, nec suam inde majestatem deperdunt. Unde Helvetiis ex hoc capite non est deneganda Majestas. Nec n. subditi sunt Imperii, nec membra. Non Imperator vel status placita eorum corrigere, aut de nullitatibus recognoscere possunt. Non servant constitutiones, sessionem nullam in comitiis habent; nec citantur, nec contribuunt. Unde ne umbra qvidem superioritatis Cæsari appetat reservata: sed hoc obiter.

XVIII. Civis hospitalis, s. inqvilinus est, qui aliundè advenit, citrā voluntatē domiciliū constituendi, & hospitio, vel publico, vel privato, pro pretio, vel ex tessera hospitalitatis exceptus ad tempus foro, nundinis & commerciorum jure utitur in civitate, ut sunt studiosi, nobiles, milites, mercatores, opifices &c. qui nundinis interesse solent. Hoc jus hospitii ex jure gentium commune est omnibus, etiam peregrinis: Unde Veteres jura hospitii mutua in signum & pignus amicitiae, data tessera hospitali, coluisse, testis est Gellius l. 5. c. 13. An a. cuilibet mercatori, v.g. Turcae, Saraceno &c. commerciorum causâ ad quamvis civitatem liber patere aditus & possit & debeat, ex usu & conditione cuiuslibet Reip. est dijudicandum. Meo judicio, civitates negotiationibus deditæ hoc iisdem vix denegare possunt, cum non parum adferant augmenti adjumentiq; Rebuspb. Unde potius eos hospiciis excipiendo, &c. ut jus æqvâ lance tam peregrinis, quam civibus administretur, curandum esse statuo: quo nomine Francofurtum mirè commendatur ab Henrico Steph. in Encom. Nundinar. Francofurtens. f. 9. Interim repeto hic, qvod in Methodo Politicâ l. 1. c. 4. §. 71. ex Bodino monui, expedire civitati, ut notum sit, qvot sint indigenæ, qvot hospites vel inqvilini, ad pleraq; præcavenda, qvæ aliis nationibus furent infausta. Nam si numerus advenarum hospitum excedat numerum

merum civium, & advenæ civibus officere in aliquo possint, ob o-  
dium vel mores diversos, convenit exhaustire hoc onus a Rep. emi-  
gratione.

XIX. Cum addito imperfectionis civis est, qui non omnium,  
sed nonnullorum civitatis jurium est particeps. Quæ participatio  
oritur vel ex cohabitatione. Unde *σύνοικος* s. incolæ: vel ex fœde-  
re s. pacto, unde confœderati.

XX. Incola est, qui quod urbem incolit, partiali civitatis  
jure utitur. Tales fuisse Aricinos apud Romanos, docet Livius l. 2.  
His enim, cum ab Hetruscis ex Aritia ejecti Romam inermes defe-  
rebantur, datus ibi est ad habitandum locus, quem deinde Tuscum  
vicum appellârunt. Ipsos v. non usos fuisse omnibus civitatis juribus,  
nec *μάλιστα* posse disesse, nec participes Reip. nec ad publicas deli-  
berationes admissos fuisse legitur. Ejusmodi incolæ Ebræi fuerunt  
in Aegypto, ubi habitandi tantum jus acceperant, s. jus hospitandi  
*Gen. XLVII, 4. 5.* sed potestatem munerum gerendorum, & re-  
liqua jura civitatis non habebant *Exod. I, 9. 10.* Tales apud Judæos  
fuerunt proselyti ex gentibus procreati, qui, quod ab idolorum  
cultu ad Dei cultum traducti erant, & circumcisiti, licebat illis Syna-  
gogis interesse, & pascha cum veris Hebraeis manducare *Ex. XII, 48.*  
De incolis autem sequentia observatu digna: notamus 1. incolas teneri  
ad subeunda onera civilia, quia à Rep. lucrum sentiunt 2. incolatum  
in Rebus pub. bene constitutis nimis diu tolerandum non esse, sed ur-  
gendos advenas, ut jus civitatis redimant. Quia enim communia  
cum reliquis civibus sentiunt commoda, communia etiam debent  
portare onera: Quod tamen arbitrio prudentis judicis, omnes cir-  
cumstantias loci & temporis bene pensantis committendum cen-  
semus 3. incolam libere suo iuri renunciare, & domicilium aliò trans-  
ferre posse 4. incolam teneri ad conservandam loci, quem incolit,  
districte observandam s. incolam posse collectari à magistratu etiam  
pro iis bonis, quæ in alieno territorio sita habet, si publica utilitas  
& necessitas id efflagiter, vel consuetudine, statuto aut privilegio  
loci id receptum sit: non tamen ab incolis nisi ex communi com-  
puto & taxa moderata esse exigendas collectas. 5. posse aliquem esse  
unius loci civem, alterius incolam: & rursus, in alio territorio bona  
posse.

possidere, licet ibi sedem domicilii collocatam non habeat. Civis autem propriè dictus duarum civitatum aliquis esse nequit, nisi illæ civitates communī capite ac fœdere copulatae sint.

XXI. Qværitur; An Judæi in urbe sint tolerandi? Non desunt, qui simpliciter hoc negent. Wesenbecius in patatitl. C. de Jud. & celic. n. 4. Limnaeus in J. P. l. 3. c. 2. n. 13. Pro qua sententia præ cæteris id quoq[ue] facere videtur, quod Judæi in primis eo nomine celebres sunt, quod immoderato fœnore, mira qvædam praxi populum Christianum hirudinis instar ad sanguinem usq[ue] exsugunt. De quo eorum studio eleganter ita scribit Forstnerus ad lib. 6. annal. Taciti. Ista gens, sc. Judæorum, post immane occisi servatoris Jesu Christi piaculum, irâ Numinis omni exsuta dignitate, &, qvò cæteris mortalibus ostentui esset, suis ejecta sedibus vagâ atq[ue] egens, qvâ lucris fraudiumq[ue] tutò exercendarum p[ro]bes duxit, omnibus se terris diffusa effudit, perq[ue] omnes urbes prompta dolis, pecuniaeq[ue] vias omnes callens fœnentur: It à juxta plebs primoresq[ue] evertuntur fortunis, circumveniuntur atq[ue] obruuntur fœnore. Principes illis ac spongiis utuntur, & post qvâm satis biberunt, exprimunt madidos &c. Contrà non desunt, qui sub certis limitationibus qvæsumum affirmant. Vasq[ui]us i. illustr. controv. c. 8. n. 12. Bodinus l. 3. de Rep. c. 7. Reinkingius l. 2. de R. S. & E. cl. 2. c. 3. n. 13. & seqq. Schönbornerus l. 3. Pol. c. 35. Azorius Moral. l. 8. c. 22. Wendelinus l. 2. Doct. Pol. c. 17. §. 3. Timplerus l. 1. Pol. c. 15. qv. 14. Libenthal exerc. Colleg. Pol. 5. q. 14. Nos sequentibus conclusionibus totam hanc rem decidimus. 1. In Imperio Romano non qvivis magistratus potestatem habet recipiendi Judæos, qvia novissimo jure jus recipiendi Judæos cæpit esse de regalibus summi principis. Tanq[ue]m regale singulare videmus id concessum Electoribus per Constitutionem Carolinam A. B. c. 9. Qvod tamen postea ad omnes Principes & status, & alias jura regalia immediate ab Imperatore recognoscentes, etiam ad eos, qvibus id specialiter indulsum, translatum est, ut patet ex Reformat. Ordinat. Polit. August. de anno 1548. sub tit. Von Juden und ihrem Wucher. Ubi haec verba leguntur: Sezen / ordnen / und wollen wir / daß niemand hinsüro Jüden aufzunehmen / oder zu halten geschartet werden soll / dann denjenigen / die von uns und dem H. Reich Regalia haben / oder insonderheit der seien privilegi

sunt sibi. Quidam alius sub pena expressae interdictum legimus in Ordinat. Polit. Frankfurt. sub. tit. Boni Iudei und ihrem Wucher / his verbis: Da aber jemand darüber Iudei aufzunehmen würde / so sollen doch dieselbe an keinem Ort Sicherheit noch Beleid haben / daneben von uns ernstliches Einsehens dagegen vorgenommen und abgeschaffet werden.

2. Judæi non sunt planè repudiandi à civitatibus & conversatione Christianorum. Admittit eos jus divinum, quod exhibit promissionem conversionis eorum Rom. XI, 25. 26. non ergo occasio illius praecidenda erit. Admittit eos Jus civile l. 14. C. de Jud. & celicola & jus Canonicum c. 9. vers. null. extr. Accedit, quod civitates Christianorum opulentiores reddant, & quod aditu prohibiti inimicis Christianorum contra Christianos fidelem operam locare queant, cuius exemplum ex Camerario profert Wendelinus l. c. 3. Non tamen in indistincte & illimitate Iudei recipiendi sunt, sed magistratus durissimis legibus eos coerebit i. ut pacifice vivant, l. 6. C. de pagan. 2. ne Christianos illicitis mediis exhaustant, quod solet fieri immoderatis usuris. Unde in Reform. Ord. Pol. August. de anno 1530. sub tit. cit. jubentur sibi deß Wuchers / und verbotener wucherlicher Kaufe / ( quales sunt coëmptiones rerum furtivarum, quas si furtivas fuisse ignorarunt, sine refusione pretii & omnis lucri restituere; si a. sciverunt, insuper magistrati ad arbitriam penam tenentur per dict. Ord. Pol. Frankfurt. de anno 1577. tit. 20.) enthalten / und mit zimlicher Handesierung und Handarbeit ernehren. Quamvis usuræ legitimæ illis non sint interdictæ, sed potius concessæ per d. Ord. Pol. l c. 3. ut à Christianis discreto vestitu utantur, quæ discriminatio per Ordin. Polit. de anno 1530. tit. Boni der Iudei Kleydung fit clavo s. annulo flavo, quem suprà vestem gerunt. 4. ne officiis publicis præficiantur. 5. ne novas Synagogas in consulto magistratu exstruant, veteres tamen ruinam minantes fulcire possunt. 6. ne matrimonia cum Christianis ineant 7. ne blasphemias in Christū eructent 8. ne sibi peculiarem & propriam regiminis formam, aut jurisdictionem ullam usurpent. 9. ne Judæum, transire ad Christianos cupientem ullo pacto retineant. Et quæ hujus generis plura sunt.

XXII. Confœderatus est, qui vi pacti jus civitatis ex parte obtinet. Hos cives Aristoteles l. 3. Pol. c. 1. vocat τὰς δοτούμεθαν

C

xoi

*zōivwv̄ḡr̄t̄as.* Ubi symbola non sunt tesseræ , ut nonnulli interpp. putant , sed *συνθήκη* s. pacta , ut verit *Suidas in Lexico.* Respicit a. Aristoteles ad morem veterem. Olim enim civitates & gentes pacta commerciorum causâ facere solebant , qvibus cavebatur , tūm , ne cives earum civitatum se invicem lāderent , tūm , ut si qvam injuriam vel damnum unius civitatis civis à cive alterius civitatis accepisset , posset illum eo loco jure judicioq; perseQUI. Qvæ judicia Græcis dicebantur *συμβολικα* , item , *διπλοί συμβολαι*. Talia pacta hodiè sunt inter Anglos & Hispanos , qvorum Hispanorum in Anglia litigantium advocatus à Rege constitutus qvondam fuit celeberrimus ille JCtus Albericus Gentilis. Ejusmodi qvoq; pacta sunt inter urbes Hanseaticas , sic ut qvi in una ex Hansæ civitatibus civis nominatur , in reliquis etiam ratione fœderis concivis nominari possit & soleat. De qvo fœdere legi potest Petrus Bertius in *Germanya.* Excluduntur autem ab hisce confœderatis populi simpliciter amici , qvi sibi nihil ex singulari præstant pacto , & inter qvos commune saitem valet jus Gentium , ut nempe liceat in amicorum fines ire , in urbibus commorari , in amicorum negotiari finibus &c.

XXIII. Quid & qvotuplex civis sit , dictum est , nunc , qvodnam boni civis sit opus s. officium , inqvirendum erit. Aristoteles *l.3. Pol. c. 4.* eleganter hoc declarat simili à nautis ducio : *Nautæ , inquit , & cives multum inter se sunt similes , qvia utrig. rem qvandam certam atq; opus inter se habent.* Nautarum opus qvoddam commune est , nempe navigatio ; finis est , ut commodè provehatur navis eò qvò tendebat. Sic civium simul sumtorum opus & officium est civiliter vivere , eò fini ut salva conservetur Respb. statusq; ejus. Sicut nautæ pro varia officiorum distinctione varia ad finem operantur , aliud gubernator , aliud poreta , aliud remex , aliud , qvi sentinam exhaustit : Sic etiàm cives in diversos ordines distincti diversimode operantur , qvi omnes tamen ad idem , qvisq; pro se , conspirant , nimurum , ad salutem Reipb. Officium ergo civium generale est , conservare imperando parendove pro suo qvisq; munere & pro forma Reip. Rempb. salvam. In specie aliud est officium civis imperantis , aliud parentis : illius ; posse ita imperare , ut status Reip. salvus maneat : hujus , ita parere posse .

XXIV.

**XXIV.** Habitus, secundum qvem civis bonus opus suum præstat, est Virtus ejus, de qvâ qværitur; *An eadem sit cum virtute viri boni?* Nos sic 1. Virtus viri & civis boni non est eadem formaliter. Viri boni virtus perfecta est & eadem numero in omni Repb. constans ex prudentia & virtutibus moralibus simul summis. At boni civis virtus pro diversa Repb. alia atq; alia esse debet. Boni civis virtus enim consistit in conservatione Reip. cum ergo varia sint Reip. species, inde non difficile est colligere, variam qvoq; & pro diversitate Reip. diversam esse debere boni civis virtutem. Datur Repb. recta, & adulterina, s. exerrans, qvam alio loco l. 3. Pol. c. 7. l. 4. c. 2. vocat ~~πράξεις~~ ~~πράξεων~~. Non autem est bonus civis in Repb. exerrante s. declinante, qvi virtutibus boni civis in Repb. recta instructus est: Evenire potest, ut malus homo civis boni virtutem habeat, si qværat suæ Reip. salutem, præsertim in Repb. exerrante. Deinde, utriusq; & rectæ & exerrantis Reip. aliquot dantur species, in qvarum una qvi optimus civis est, in altera potest esse pessimus. Qvin, civium in eadem civitate magna est dissimilitudo: ergo non potest esse eadem virtus. Sicut n. in saltationibus præsuloris perfectior est virtus, qvam parastatæ s. assistentis; ita civis nobilioris & inferioris virtus diversa conspicitur. Boni autem viri virtus una eademq; semper est. 2. Viri absolute boni & optimi civis in optima Reip. forma constituti eadem est virtus, qvia utriusq; idem est finis, nempe, honestagere, & qvidem, qvam maximè.

**XXV.** Civis, qvamdiu officium suum rite præstat, juribus ac privilegiis civitatis ut fruatur, dignus est. Privilegia a. civium determinare nostrum non est, definienda ea esse putamus ex cuiusq; civitatis arbitrio, more, lege & consuetudine. Qvamprimum a. officium suum negligit, & statui Reip. minus convenienter vivit, privilegiis suis exlui, insuper in exsilium agi, & ignominia notari potest. Exules a. sc. perpetui & deportati desinunt esse in numero legitimorum civium, qvod de relegatis ad tempus non procedit: ignominia notati penitus desinunt esse cives, qvia arcentur à muneribus publicis & dignitatibus, in qvarum participatione essentialis nota civium consistit.

**XXVI.** De civibus singulatim consideratis, hactenus. Cives

C 2

autem

autem ejusdem professionis s. vitæ generis consociati faciunt collegium, sic dictum vel à colligendo, ut vult Varro *l. 2. de Lat. ling.* ut collegium sit quasi collectio, s. coacervatio plurium personarum, censente Althusio *l. i. Pol. c. 3. n. 4.* vel à colligando, ceu vult Isidorus, ut sit qs. colligatio & consociatio plurium personarum ejusdem conditionis. Vel, qvod verosimillimum est, à con & lege, qvia collegia iisdem legibus vivent.

XXVII. Collegiorum usus est antiquissimus. Judæos ut præterea, qvorum varia collegia recenset Siganus *l. 5. de Rep. Hebr.* Populum Romanum in certas tribus, curias, classes, centurias & collegia distributum fuisse qvis ignorat? In primis celebris est triplex illa distincio in ordinem senatorium, eqvestrem & plebeium, qvorum unusquisq; sua habebat collegia. Senatorii ordinis viri consilio, auctoritate & dignitate excellebant, qvi erant conscripti, vel allecti & adscripti in senatum, vel pedarii in priorum sententias discendentes. Eqvestris ordinis erant nobiles & patricii, eqvum Reip. alentes & censum Reip. præstantes. Plebei ex plebe vel urbanâ, vel rusticâ erant. De qvibus præter Rosinum fuisus Siganus *de antiquis Jur. civ. Rom. Alex. ab Alexan. l. i. gen. dier. c. 29. Conf. Aristoteles l. 4. Pol. c. 4. & l. 7. c. 9.*

XXVIII. Collegium a. nullum absolvitur, nisi ad minimum tribus personis, qvod probatur tūm auctoritate juris *l. 85. ff. de verb. sign.* tūm ratione; qvia, si duos saltē posseremus collegas, ortis discordis, nemo erit, qvi velut arbiter dissidentibus interveniat, ac discordias dirimat.

XXIX. Jus constitūendi collegium non resīdet penes privatum qvemcunq; sed solummodo penes supremum magistratum. Qvis n. ignorat, per privatorum coitiones arbitrarias excitari facile seditiones posse, & adversus Rēip. consilia agitari? Unde nec ob causam religionis collegia, inconsulto summo magistratu, formanda esse puto, ne turbis excitandis & alendis medium occasionale præbeatur. Qvā ratione Athenienses Alcibiadē damnarunt, qvod sacra collegia privatim tractasset. Affergebatur n. infamia, qvod in domo sua facere mysteria dicebatur, qvod nefas erat more Atheniensium, idz non ad religionem, sed ad conspirationem pertinere existimabatur, inguit

inquit Cornelius Nepos in *Alcibiad.* Conferatur Plutarchus in eod.  
& Diodor. Siculus l. 13. Optimè svadet Schönbornerus l. 2. Pol. c. 9.  
ne princeps s. magistratus ullum collegium à subditis institui permit-  
tat, cui ipse non præsit suā autoritate per personam aliquam à seipso  
delegatam. Ab eodem a summo magistratu dissolvi potest colle-  
gium, si gravis causa adsit.

XXX. Ne verò per *anteξiaw* & inordinationem disrumpatur  
societas collegialis, necesse est dari primos & secundos in collegio:  
non n. nisi inter hos *τάξις* s. ordo datur. Primus veteribus primi-  
cereus (sicut reliqui ordine secundicereus &c.) dicebatur, propte-  
reà, quod in tabulis cereis, qvibus inscribebantur collegarum no-  
mina, primus esset scriptus. Alio nomine dicitur Præses, modera-  
tor vel princeps collegii, *Günsst.* oder *Gülden-meister* / qui communi  
collegarum consensu electus & potestate in rerum ad collegium per-  
tinentium administratione instructus est, adeoq; in collegas singula-  
tum consideratos jus coercitionis habet, iusq; superior est, collectimi  
a. consideratis si pfo collegio est inferior, ejusq; placitis stare tenetur.

XXXI. Qvomodo a. in specie cives sint per collegia sua di-  
stribuendi, & quid in his collegiis observandum, alii fuisi pertra-  
stant. Pertinent hæc omnia ad materiam de *S U B D I T I S*, qvia in  
collegiis istis cives non considerantur præcisè ut cives, sed prout  
subjacent imperio magistratus, penes qvem jus est & constituendi  
& confirmandi collegia. Videri potest Methodus nostra *Politica*  
l. 2. c. 8. Hoc addimus; plura & diversa collegia facere corpus, &  
hinc deniq; enasci universitatem.

De Civibus generaliter hæc dicta sunt: in specie agere de ci-  
vibus hujus vel illius regni, hujus vel illius provinciæ, hujus vel illius  
Academiæ, hujus vel illius urbis, est alijs loci.

#### A D D I M U S.

##### I.

**S**I quis profunde ebrius projecto in terram poculo saluti Principis libare  
recuset, non statim dicendus est, læsse Majestatem Principis.

##### II.

Qui novit crimen aliquod committi, & prohibere potest, cum tenea-  
tur, nec prohibet, is ipse delinqvere dicitur. Ut a. aliquis obligetur ad pa-  
nam, præter scientiam requiritur facultas prohibendi.

#### T A N T U M!

**Q**uid multis Hikkil? laudes, qvas ille Poëta  
Dat PRUSSIS, imple: sic mihi magnus eris. Taubman-  
nus.  
Mundities, vis Ingenij, Facunda venustas,  
Spiritus alta minans; PROPRIA PRUSSIACIS.

*A. Tscherningius P.P.*

Ad Eruditissimum,  
**DN. JOHANNEM HIKKIJUM,**  
Politioris literaturæ studiosissimum,  
Amicum.

**D**um Te civis habet, me Präside, gratulor Hikki:  
PRUSSII S, eternis qvem Regia Prussia fastis  
Inscribet, civem plaudet sibi sanguine junctum:  
Plaudet STROBANDUS, Patriæ decus atq; columnæ,  
Rostochii qvod Te civem civilia eritans  
Muni& declares, de cive serendoloqvelas:  
THAMNITIUS tanto plaudet de cive, suarum  
Compos curarum, tacito qvas pectori volvit:  
Inprimis, qvem cura Tui, PATER Optimus, urget,  
Gaudebit, cum Te Musarum castra fecutum,  
Nec Veneri, aut Baccho, aut vacua litasse Vacuna  
Quem modò proponis, civis pleno ore docebit.  
Excute porro bonum civem, bonus ipse Polita,  
Nec dubito, Hikkiaden qvin laudet Patria civem.

I. mps

*PRÆSES.*

**Q**uae sit forma boni Civis, de ponte Cathedræ  
Disseris, ut dignus verba diserta facis.  
Fac qvodcunq; doces, magnamq; merebere laudem,  
Qui Patriæ Civis commodus esse cupis.

*Samuel Birtb. Pruf.  
Te*

**T**E trahet fervor studiū virentis,  
Impiger, netes Patria salutem;  
Ceu luem vita Dionaea tantum

Candide amice.

Tolle nunc gressus velut ex Chimara  
Marcidos, mentemq; tuam catervis  
Dede virtutum, Jove sis probante  
Musica proles.

Friederich Grand / S.C.



**E**T tu Castalidum decus Sororum.  
Jam famæ tibi gloriā parabis,  
Augmentum tibi laudis hinc parabis  
Et virtutis & Eruditio[n]is:  
Tantum macte tua virente fama,  
Néve absiste dehinc litare sacris  
Phoebi, tum hanc operam probabit omnis,  
Et dignum poterunt tibi venustæ  
Musæ tum dare præmium laboris.

Johannes Ganswind/Elb.



**G**in Sinn der Weisheit liebe ist jederzeit besessen  
Das was ihm nügen kan / mit allem Ernst zu wissen/  
Er schonet keiner Müh' auch keiner Arbeit nich  
Ist guter Hoffnung voll vnd bester Zuversicht  
Durch vngesparten Fleiß die Ehre zu erwerben  
Die nummermehr vergehn/ die nummermehr kan sterben  
In dieser Zuversicht lebt Er vergnüget hin  
Was Ihm die Tugend giebt / behelt er zum Gewin  
Ein solcher edler Geist ist billig zu erheben  
Weil Er nach Wissenschaft vnd Tugend nur zu streben  
Ihm eifrig vorgelebt. Drumb bist du lobens werth  
O vielgeliebter Freund / dieweil dein Sinn begehret  
Der wahren Weisheit Kraft je mehr vnd mehr zu wissen  
In diesem was er weiß leßt er sich nicht beschließen

Er

Er geht weiter fort. Jetzt macht er uns bekand  
Was recht ein Bürger sey / und dessen werther Stand.  
Wol dir geliebter Freund ! Du wirst hiedurch erwerben  
Ein immerwehrend Lob / daß nicht stirbt wenn wir sterben/  
Läß hinsori deinen Sinn nur bloß nach Klugheit gehn  
So daß du dermaleins den Bürgern für kanst stehn.  
Mich dünnct ich sehe schon / wie dich vmb deine Gaben  
Und kluge Wissenschaft ganz Thoren leib wird haben  
Fahr fort ! erlange drauff / den jetzt gewünschten port !  
Der immer weiter geht / kommt immer weiter fort.

Georg. Döpner L. L. Stud.

In dem du werther Freund von Bürgern disputationen  
Und derer Eigenschaft vns klarlich auf will führen/  
So wünsch ich dir Geluck / vnd setze diesem zu  
Gott gebe künftig dir bey Bürgern gute Ruh!

Martinus Döpner L.L. Stud.

Löblich bist du nun besliessen  
Wer her Freund bey junger Zeit  
Nach zu forschen und zu wissen  
Mit Verstand- geschicktem Streit  
(Nebenst andern Kunst- belieben )  
was von Bürgern wird geschrieben  
2. Was vor Aet dort bey den Alten/  
Und was heute Bürger sind ;  
Wie sich dieser muss verhalten  
Wer er Bürger- recht gewinnt/  
Wem es nicht/ und wems gebühret  
Was vor Freyheit dem gehöret.  
3. Jahre seit der gleichen Sachen  
Durch den nie besparten Fleiß  
Ferner dir zu nutz zu machen /  
Auf daß du auf solche Weiß  
Jenen Wunsch und Vater- Willen  
Mögst mit grossem Ruhm ersfüllen ;  
4. Dieses dein belobe Beginnen  
Dass du jte so segest fore  
Wird (wils Gott) schon Frucht ge-  
winnen/  
Wann du jenen Vater-Ort  
Nach gewünschten Reise- schliessen  
Kunst- geschwängert wirst begrüssen.

Mit Glückwünschendem Gemüthe schrieb  
dieses seinem hochwerthen Freunde

# Casparus Bernd von Friedenberg.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730152332/phys\\_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730152332/phys_0027)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn730152332/phys\\_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730152332/phys_0028)

DFG

inquit Cornelius Nepos in *Alcibiad.* Confer & Diodor. Siculus l. 13. Optimè svadet Schö ne princeps s. magistratus ullum collegium à tate, cui ipse non præsit suā authoritate per p[ro] delegatam. Ab eodem a summo magistratu gium, si gravis causa adsit.

XXX. Ne verò per *ampliar* & inordinata societas collegialis, necesse est dari primos & non n. nisi inter hos *m[od]i* s. ordo datur. P[ro] c[on]cereus (sicut reliqui ordine secundicereus & rea, q[uo]d in tabulis cereis, q[ui]ibus inscribe mina, primus est scriptus. Alio nomine tor vel princeps collegii, *Glinst.* oder *Guider* collegarum consensu electus & potestate in continentium administratione instructus est, ad tim consideratos jus coercitionis habet, iusq[ue] a consideratis. Si p[ro] collegio est inferior, ejus

XXXI. Q[uo]modo a. in specie cives stribuendi, & quid in his collegiis obseruantur. Pertinent h[ec] omnia ad materiam de collegiis istis cives non considerantur præcipit subiacent imperio magistratus, penes quem & confirmandi collegia. Videri potest M. l. 2. c. 8. Hoc addimus; plura & diversa colligunt deniq[ue] enasci universitatem.

De Civibus generaliter h[ec] dicta sunt omnibus hujus vel illius regni, hujus vel illius pra[et]or Academiar[um], hujus vel illius urb[is], est alius loc[us].

A D D I M U S.

I.

**S**i quis profundè ebrius projecto in terrum p[ro] recuset, non statim dicendus est, laisse Majestatis.

II.

Qui novit crimen aliquod committi, & protrahit, nec prohibet, is ipse delinq[ue]re dicitur. Ut a nam, prater scientiam requiritur facultas prob

T A N T U M!

is in eod.  
Pol. c. 9.  
i permit-  
tā seipso  
est colle-

umpatur  
collegio:  
is primi-  
propte-  
rum no-  
modera-  
ommuni-  
um per-  
singula-  
olleclim  
tenetur.

a sua di-  
s pertra-  
, q[ua]ia in  
ed prout  
stituendi  
Politica  
orpus, &  
re de ci-  
velillius

pis libare

im tenea-  
ur ad pa-



Scan Reference Chart TE63 Series No. \_\_\_\_\_  
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Series No. \_\_\_\_\_